UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

11. Liberales donationes non facilè à Religioso faciendæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Visual Library

ctis locaret, venderet, dono daret, aut aliâs liberaliter diſtraheret inuito prorſus Prælato, vtpotè de cuius conſenſu etiam interpretatiuo nihil præſumi poteſt, committeret verum furtum, vel mortale, vel veniale, pro rei ablatæ qualitate cum ônere reſtituendi, & tunc maximè ſi reliqui Religioſi, aut Communitas damnum patiuntur quantumvis reſpectu ſingulorum ſit paruum, dummodò in ſe & reſpectu Communitatis teneat notabilem quantitatem. *Sa. cit.* vbi eam quantitatem furti facit mortalem, quæ Domino rei notabile damnum inferre poteſt. Liberalis donatio vetatur Religioſis *in Cap. Nulli liceat. & Cap. Si quis. de rebus Eccleſiæ non alienandis, & Cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum. Vide Ioannem de la Crux. de ſtatu Religioſo, l.1.c.3. in voto Paupertatis.*

XI. Collige. 1. non facilè poſſe

Religioſos (idem fermè & proportionaliter de donationibus liberalibus, id eſt dationibus, *iuxta S. Th. cit. à Io. de la Crux. in* 1. *diſt.* 13. *q.* 1. *a.* 2. irredibilibus compenſationẽ non intendentibus) ſæcularibus, parẽtibus, amicis, opificibus, vt ad negotia priuata paratiores ſentiant, de fructibus horti, de veſtibus Communitatis, de reliquiis panis, vini, carnis, de libris, etſi officiales ſint propriâ autoritate, aut inuitis Superioribus facere largitiones, aut ſine violatione voti cõtinuare: ſicuti n. in ſæcularibus per minuta furta repetita tandẽ notabile damnũ efficitur, ita & in Religioſis, ſi v. g. hodie fruſtillũ panis, perẽdie carnis, alterâ hebdomade quartale vini largirẽtur, breui dierũ aut menſiũ interuallo notabili damnũ Communitati inferetur.

XII. Collige 2. Conſtitutionẽ Clementis VIII, Religioſæ Congre-